FLORA.

65. Jahrgang.

No. 31. Regensburg, 1. November 1882.

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XVI. — P. Gabriel Strobl: Flora der Nebroden. (Fortsetzung.) — Literatur. — Anzeige.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XVI.

493. *Psora foliata* (*Lecidea foliata* Stirt. Addit. Lichenfl. Queensl. p. 6) v. *subcorallina* Müll. Arg. Thalli laciniae coralloideo-divisae, (divisiones breviores et magis obfuscatae quam in *Ps. parvifolia* v. *corallina*); apothecia et sporae ut in specie, et hypothecium intense fulvum v. electrino-fulvum. — In affini *Psora longiuscula*, s. *Lecidea longiuscula* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 54, lamina et hypothecium eadem sunt ac in *Ps. parvifolia*. — Corticola in Australiae provincia Queensland prope Toowoomba: Hartmann (a cel. Ferd. v. Mueller benevolo missa ut et reliquae sequentes australienses hujus seriei XVI).

494. *Psora parvifolia* Müll. Arg. L. B. n. 423 prope Toowoomba in Queensland a cl. Hartmann pulchre lecta est. Hypothallus niveus, rigide arachnoideo-radians; thalli laciniae crenatae, pallidae, virentes, subtus albidae; apothecia dorso niveo-hirtella; lamina undique pallide flavescens.

— — v. *corallina*; *Lecidea parvifolia* v. *corallina* Tuck. Obs. 1864 p. 273, a qua non differt *Lecidea parvifolia* v. *fibrillifera* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caledon. p. 42, ibidem ab eodem lecta est. — Eodem loco cl. Hartmann etiam *Psoram breviusculam*, s. *Lecideam*

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0485-3

breviusculam Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 54, cum americana optime conformem et pulchre fertilem legit. Caeterum eam etiam e Ceylonia (specim. Thwait.) habeo et eadem est ac *Lecidea parvifolia* Leight. Lich. of Ceyl. n. 109, non Nyl.

495. *Lecanora atra* Ach. Lich. Univ. p. 344, v. *virens* Müll. Arg. Thallus olivaceo-virens, madefactus intensius viridis v. obscure viridis. Reliqua extus intusque cum specie conveniunt. — Corticola ad Illawarra in Australiae prov. New South Wales: Kirton.

496. *Lecanora plumosa* Müll. Arg. Thallus suborbicularis, tenuis, cinereo-virens, quasi e granulis depressis contiguis parvis formatus, circumcirca zona hypothallina nivea latiuscula crebre plumoso-fimbriata mox pro parte ochraceo-rubente cinctus; apothecia dense sparsa, adpressa, $^1/_2$—$^3/_4$ mm. lata et minora, nana, plana, pallida et nuda, margine tenui prominente pallidiore v. albescente et subcrenato cincta; epithecium olivaceo-fuscescens, lamina caeterum cum hypothecio hyalina; sporae octonae, 7—10 μ longae, 5—6 μ latae. — Apothecia fere ut in *Lecanora subfusca* v. *chlarona*, sed magis adpressa et thallus alius, margine zona hypothallina insigni niveo-radiante cinctus. — Ad lapides artificiales prope Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

497. *Lecanora hyalinescens* Müll. Arg. Thallus tenuis, instrato-effusus, laevis, mox hinc inde flavido-sorediellus et demum scobiculoso-asperulus, ochroleuco-albus v. albidus; apothecia sessilia, $^1/_2$—$^3/_4$ mm. lata, primum fere gyalectiformia, sc. sat profunde concava et margine crasso obtuso prominente praedita, demum subplana, margo demum extenuatus, cum latere exteriore apotheciorum subhyalinellus; discus carneus, nudus; epithecium fulvescens, lamina caeterum cum hypothecio hyalina; sporae octonae, ellipsoideae, 13—15 μ longae, 8—10 μ latae. — Prima fronte quasi ambigua inter *Lecanoram angulosam* et *L. conizaeam*. In apotheciis junioribus occurrit linea fusca subdistincte intramarginali, discum circumdans. — Corticola ad Twofold Bay, New South Wales Australiae: Tyr. White.

498. *Lecanora xanthostigmoides* Müll. Arg. Thallus omnino ut in *L. xanthostigmate* Nyl., apothecia ut in *L. vitellina* Ach., at exigua, circ. $^1/_4$ mm. lata et minora, plana v. subplana, margo leviter prominens, tenuissimus et integer, discus cum margine et thallo vitellino-flavus v. flavidus; sporae in ascis parvulis octonae (nec plures), 12—15 μ longae, $3^1/_2$—4 μ latae, lineari-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0486-9

ellipsoideae, utrinque obtusae, semper uniloculares. — A proxima *Lecanora xanthostigmate* Nyl. ascis 8-sporis et apotheciis minoribus, tenuius marginatis planioribus et ambitu sporarum angustiore differt. — Corticola prope Parametta in Australia austro-orientali: Dr. Woolls. — In montibus Grampians cl. Sullivan *Callopisma holocarpum* (*Lecanoram luteo-albam* v. *holocarpam* Ach. L. Univ. p. 207) corticolum legit.

499. *Pertusaria Hartmanni* Müll. Arg. Thallus cinereus, nonnihil flavescens, tenuis, effusus, rugulosus; verrucae concolores, vix mediocres, hemisphaericae et saepius irregulares, vertice subtruncatae et ostiolis sparsis exiguis primum fuscis dein nigricantibus nonnihil mammoso-emergentibus ornatae; sporae in ascis geminae, 130—150 μ longae, circ. 40 μ latae. — Extus bene *Pertusariam trypetheliiformem* Nyl. Lich. exot. Polynes. p. 241 simulat, sed asci 2-spori et sporae multo majores. — Corticola ad Toowoomba, Queensland: cl. Hartmann.

500. *Pertusaria Woollsiana* Müll. Arg. Thallus flavescenti-albus, tenuis, laevis; verrucae $1^1/_4$—$1^1/_2$ mm. latae, hemisphaericae, subregulares, basi subeffusae, apice demum depressae, cum thallo concolores et laeves, ostiola in quaque verruca 1—5, subcentrali-aggregata, pallida v. demum fuscescentia, haud emergentia; asci 4-spori; sporae circ. 50 μ longae et 23 μ latae. Proxima *Pert. leioplacae*, sed distinctius flavicans, verrucae paullo minores et magis regulares, ostiola pallida et sporae duplo minores. Tota paullo gracilior. — Corticola in Nova Hollandia austro-orientali ad Parametta: Dr. Woolls.

501. *Pertusaria glebosa* Müll. Arg. Thallus confertim glebulosus, cinereo-sulphureus, crassiusculus, glebulae varie impresso-angulosae et difformes, hinc inde sparsae; verrucae majusculae, $1^1/_2$—$2^1/_2$ mm. latae, hemisphaericae, late depressae, basi constrictae, thalamia plura gerentes; ostiola nigra, paullo impressa, 1—5, prope verticem depressulum conferta v. subsparsa, subinde confluentia; thalamia intus fumoso-obscurata; asci 8-spori; sporae 55 μ longae et 30 μ latae, valde pachydermeae. — Lichen prima fronte *Pertusariam sulphurellam* Körb. Par. p. 316 simulat, sed thallus glebosus et sporae subduplo minores. Verrucae fructigerae superne praesertim magis quam thallus cinerascentes sunt. — Ad saxa quartzosa in Novae Hollandiae austro-orientalis montibus Grampians: Sullivan n. 14.

502. *Pertusaria xanthoplaca* Müll. Arg. Thallus flavus, subtenuis, effusus, crebre rugulosus et demum rimosus, superficie

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0487-4

sat dense soredioso-ulceratus; verrucae $1^1/_2$ mm. latae, elatae, alte hemisphaericae, basi constrictae, obsolete rotundato-gibbosae; ostiola pallida, haud emergentia nec depressa; sporae in ascis octonae, 45—50 μ longae, 25 μ latae. — Habitu ad *P. Socotranam* Müll. Arg. Diagn. Lich. nov. Socotr. p. 6 accedit, sed thallus alius et sporae minores et in ascis octonae. — Saxicola in Australiae prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann n. 32.

503. *Pertusaria gibberosa* Müll. Arg. Thallus effusus, tenuis, hinc inde evanescens, continuus et laevis, lacteo-albus; verrucae thallo concolores, depresso-hemisphaericae, 1—$1^1/_2$ mm. latae, juniores basi effusae, demum ibidem subcontractae, ambitu late et rotundato-3—5-gastrico-gibbosae, in centro ostiolis atris paucis v. subsolitariis confertis demum subconfluentibus ornatae; sporae in ascis octonae, 30—35 μ longae, 14—17 μ latae. — Affinis *P. leioplacae*, sed microspora et verrucae peculiariter gibboso-polygastricae. — Corticola in Tasmania, ad truncos *Eucalypti cordatae*: F. v. Mueller.

504. *Pertusaria virginea* Müll. Arg. Thallus effusus, albidus, tenuissimus et laevis, continuus; verrucae hemisphaericae, parvulae, $^1/_2$ mm. latae, basi distincte limitatae, vertice rotundato-obtusae, regulares et laeves, ostiolis subconcoloribus pallidis parum distinctis sparsis haud prominentibus nec depressis ornatae; sporae in ascis octonae, 35—50 μ longae, circ. 20 μ latae. — A simillima *P. minore* Müll. Arg. L. B. n. 429, e Java, in eo recedit quod verrucae purius albidae, ostiola subconcoloria et sporae circ. duplo minores. — Corticola ad Parametta in Nova Hollandia: Woolls.

505. *Lecidea* (s. *Biatora*) *pruinosula* Müll. Arg. Thallus albus v. flavescenti-albus, mediocris, laevis, dein obsolete granuloso-inaequalis, margine effusus; apothecia sessilia, $^3/_4$—1 mm. lata, carnea v. demum fuscescenti-carnea, semper obsolete albo-pruinosula, novella crasse marginata et concava, evoluta plana, margo integer et concolor, demum parum distinctus, perithecium dorso subpallidius; sporae in ascis octonae, ellipsoideae, 15—18 μ longae et 8—10 μ latae. — Juxta *L. antepositam* Nyl. Lich. Port. Natal locanda est. — Corticola ad Twofold Bay, N. S. Wales, Australiae: T. White.

506. *Lecidea* (s. *Biatora*) *bacidioides* Müll. Arg. Thallus argillaceo-virens v. virenti-pallidus, tenuis, sublaevis v. levissime rugulosus, opacus, demum rimulosus, linea nigra cinctus; apo-

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0488-0

thecia $^3/_4$—$^5/_4$ mm. lata, sessilia, primum urceolaria, crasse marginata, demum sensim convexa et immarginata, novellorum discus pallide fuscus, margine multo obscurius fusco integro cinctus, demum helvolo-fuscus; epithecium flavo-fulvescens, lamina caeterum cum hypothecio hyalina; sporae octonae, ellipsoideae, 10—15 μ longae, $6^1/_2$—7 μ latae. — Lichen prima fronte „*Bacidiam effusam* Auct." satis simulat et multis aliis exoticis accedit sed nulli omnino convenit, juxta *L. tephroeam* et *L. fuscellam* Müll. Arg., *L. canorufescentem* Krplh. et *L. fusco-cinctam* Stirt. locanda est. — Corticola ad Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

507. *Lecidea* (s. *Biatora*) *subsimilis* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. pag. 62 et Lich. Linds. Nov. Zeland. p. 254 etiam in Nova Hollandia orient. ad Daintree River a cl. Pentzcke lecta est. Specimina adeo inter *L. furfuraceam* Pers. et meam *L. tenuem* (Lich. Afric. occid. n. 19) medium tenent ut posteriorem (cujus thallus non omnino laevis) nunc pro statu minus evoluto juniore *L. subsimilis* habeo. *L. subsimilis*, ut aliae variorum generum sensim sensimque numerosiores, diu locales creditae, latissime circa terram in regionibus calidioribus dispersa est.

508. *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *subintermixta* Müll. Arg. Thallus griseo-cinereus v. virenti-albicans, tenuis, effusus, continuus et laevis, dein rimulosus, tota superficie scobiculoso- v. subgranuloso-efflorescens; apothecia sessilia, adpressa, 1—2 mm. lata, primum crasse involuto-marginata, demum tota plana et indistincte marginata, nigra, opaca et nuda, saepe subbulloso-inaequalia, intus nigra, hinc undulato-subplicata saepeque centro prolificando-subgyrosa; lamina hyalina, epithecium fuscum, hypothecium crassum, violaceo-fuscum; sporae octonae, biseriatae, hyalinae, 2-loculares, 20—22 μ longae et 7—$8^1/_2$ μ latae. — Proxima *P. intermixtae*, et *P. melaleucae* s. *Lecideae melaleucae* Tuck. ap. Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 56. — Corticola in Australiae prov. New South Wales, in regione Gippsland: C. French.

509. *Patellaria* (s. *Psorothecium*) *scleroplaca* Müll. Arg. Thallus argillaceo-pallidus, crassiusculus, margine effusus, continuus, superficie crebre subgranuloso- v. minute glebuloso- v. pro parte subisidioideo-exasperatus, valde inaequalis, intus concolor; apothecia sessilia, 1—2 mm. lata, nigra et nuda, opaca, primum crasse marginata et suburceolarina, demum planiora, semper prominenter marginata; epithecium olivaceo-nigrescens, lamina

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0489-9

hyalina, hypothecium fuscum; sporae octonae, 24—28 μ longae et 10—13 μ latae. — Inter *Patellariam grossulinam* s. *Lecideam grossulinam* Stirt. Add. Lich. Queensland p. 12 et *Patellariam subfuscatam* s. *Lecideam subfuscatam* Nyl. Lich. Polynes. p. 243 locanda est. Thallus fere ut in *Patellaria megacarpa* s. *Lecidea megacarpa* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 260 et in *P. megaspora* Müll. Arg., sed sporae longe minores fere ut in *P. intermixta* Müll. Arg. — Crescit corticola in Australia austro-orient. prope Paramettam: Dr. Woolls.

510. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *australiensis* Müll. Arg. Thallus tenuiter tartareus, primum instrato-sublaevis, demum rimoso-diffractus et scobiculoso-asper v. confluenter glebuloso-asper, cinereo-albus v. albidus, intus albus; apothecia 1—2 mm. lata, primum crasse dein tenuiter marginata, plana v. convexula, discus e pallide carneo dein fuscescens, albido-pruinosus, dein denudatus, semper margine pallidiore integro v. demum minute granoso-subcrenato cinctus; epithecium v. etiam et hypothecium argillaceo-fulvescentia, lamina hyalina; sporae in ascis solitariae, 60—95 μ longae, 20—27 μ latae, 6—8-loculares, valde pachydermeae. — Proxima *P. chloritidi* et *P. tuberculosae*. Thalamium saepe demum deciduum et perithecium vacuum albidum relinquens. — Corticola ad Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

511. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *ventricosa* Müll. Arg. Thallus tenuiter tartareus, laevis, continuus, demum rimulosus v. diffractus, cinereo-albus, intus albus, margine effusus; apothecia $^1/_2$—1 mm. lata, primum albida et concava, albido-pruinosa, dein carnea v. obscure carnea, denudata, plana, margine pallidiore primum crasso et albido dein tenuiore semper integro cincta; epithecium fulvum, lamina cum hypothecio hyalina; sporae in ascis regulariter geminae, 4- (v. rarius et 6-) loculares, 50—55 μ longae, 20—26 μ latae, subventricoso-ellipsoideae, loculi lateraliter valde ventricoso-convexi. — Satis similis *P. australiensi*, sed omnibus partibus minor, apothecia intensius carnea, et sporae multo minores, in ascis geminae. Juxta *Patellariam pachycheilam*, s. *Lecideam pachycheilam* Tuck. Obs., s. *Heterothecium tuberculosum γ pachycheilum* Tuck. Gen. p. 175 locanda est. — Corticola in Australiae orient. prov. Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

512. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *domingensis* Pers. Act. Wetter. (ex Ach. Syn. p. 336) v. *coralloidea* Müll. Arg. Thallus pro

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0490-3

majore parte fere undique minute coralloideo- v. subisidioso-efflorescens (sterilis tantum visus). — Non est *Patellaria leprolyta*, s. *Lecanora domingensis* subsp. *leprolyta* Nyl. Lich. Kurz. in Flora 1869 p. 70, quae validius et omnino corallina et superficie diversa videtur. Colore et superficie partium integralium thalli melius huic quam *Heterothecio vulpino* Tuck. adnumeranda est. — Corticola in Queensland prope Toowoomba: Hartmann.

Ibidem ab eodem etiam lecta est *Patellaria* (sect. *Bacidia*) *alutacea*, s. *Lecidea alutacea* Krempelh. Lich. Argent. p. 23.

513. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *fratruelis* Müll. Arg. Similis *Patellariae endoleucae*, s. *Lecideae endoleucae* Nyl. Chili p. 162, sed perithecium sub microscopio v. fuscescens v. subincolor, epithecium nigricans (hypothecium et lamina flavescenti-hyalina) et sporae tenellae, 45—55 μ longae, 3 μ latae, 7—12-septatae. — Apothecia ab origine nigra, juniora madefacta tamen fuscescentia, omnia intus albida et superne rufescentia. — Corticola in Australiae prov. New South Wales ad Twofold Bay: White.

514. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *furfurella* Müll. Arg. Thallus tenuis, effusus, cinereo-virens, tenuissime furfuraceo-granularis; apothecia $^2/_3$—$^5/_4$ mm. lata, juniora crassa, concava, crasse et obtuse subnigro-marginata, demum applanata et tenuiter marginata, atro-fusca, intus albida, superne rufo-pallida v. rufescentia; epithecium cum parte superiore laminae fulvescens, pars reliqua et hypothecium hyalina, perithecium rufescens; sporae 50—60 μ longae, tantum $2^1/_2$ μ latae, subrectae, inferne sensim angustatae, 5—7- v. etiam subinde 9-septatae. — Juxta proximam *Patellariam russeolam*, s. *Lecideam russeolam* Krplh. Lich. Argent. p. 22 locanda est. — Corticola prope Toowoomba in Australiae prov. Queensland: Hartmann.

515. *Patellaria* (s. *Bacidia*) *subproposita* Müll. Arg. Thallus cinereo-albidus, tenuis, effusus, continuus et laevis, dein rimosus et diffracto-subrugosus, opacus; apothecia $^1/_4$—$^2/_3$ mm. lata, ab origine fusco-nigra, madefacta distinctius fusca, primum subplana et margine obscuriore paullo prominente integro cincta, dein mox convexa et immarginata, sicca nigra, nuda et opaca, intus sub lamina rufescenti-pallida; epithecium et lamina plus minusve intense cupreo-rubentia, hypothecium subhyalinum; sporae 36—45 μ longae et $2^1/_2$—3 μ latae, aciculares, 5—11-septatae. — Nulli nisi saxicolae novogranatensi *Patellariae propositae*, s. *Lecideae propositae* Nyl. in Prodr. Nov. Granat. p. 557 proxime accedit, sed apothecia minora, intus aliter colorata et

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0491-9

sporae minores et graciliores. Formam minutulam simulat *Patellariae endoleucae*, v. *Laurocerasi*. — Corticola in Australiae prov. Queensland prope Rockhampton, loco Muellersville: Mad. Thozet.

516. *Biatorinopsis diluta* Müll. Arg. L. B. n. 254 (*Biatorina pineti* Mass.) v. *hyalina* Müll. Arg. Apothecia viventia aquoso-albida v. livido-cinerascentia, subpellucida, plus minusve gyalectiformi-concava, siccata dein albido-carnea. — Reliqua, thallus cum gonidiis chroolepoideis, minuties apotheciorum et sporarum et forma ascorum bene cum specie quadrant. — Primo intuitu valde recedens at certe conspecifica, in aliis enim speciminibus bene madefactis formae genuinae apothecia rara his conformia occurrunt quae nexum demonstrant. In speciminibus pluribus observatis apothecia sunt conformia, quasi decolorato-livida et subtranslucida. — Corticolam ad immam basin trunci Pini silvestris in monte Voirons prope Genevam recenter legi.

517. *Coenogonium rigidulum* Müll. Arg. Filamenta circ. $^1/_2$ mm. tantum longa, effuso-caespitosa, varie intricatim implexa, deflexa et adscendentia, rigidula, aeruginoso-viridia, moniliformia, articuli medio 22—24 μ lati, ad extremitates 13—15 μ lati, valde ellipsoideo- v. fere globoso-ventricosi, circ. triente longiores quam lati, superficie hyphemoideo-hirtelli; apothecia ignota. — Juxta *C. moniliforme* Tuck. locandum est, a quo colore et diametro multo longiore filamentorum differt. — Corticola prope Toowoomba in Queensland (Australiae) supra thallum *Leptotrematis Wightii*: Hartmann, et inter Lichenes varios crustaceos steriles ad Clarence River (Australiae): Wilcox.

(Fortsetzung folgt.)

Flora der Nebroden.

Von

Prof. P. Gabriel Strobl.

(Fortsetzung.)

Arten von *Senecio* aus der Gruppe der *Incani* DC. Prodr. besitzt Sizilien folgende: *S. Cineraria* DC. = *Cineraria maritima* L. Guss. Syn. et Herb.!, *candidus* (Presl) DC., *bicolor* (W.) =

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr03642-0492-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1882

Band/Volume: 65

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge 482-490